



¶ 1 *Atté*ndi-te, pópu-le me-us, doctri-nam **me-** am: \* incli-



ná-te aurem vestram in verba *o-ris* **me-** i. Ant. Ma-rí-a.



Flexa: e-a: †

2 *Apé*riam in parábolis os **meum**: \* arcána ætátis *antí*quæ. Ant. María.

3 *Quanta* audívimus et cognóvimus ea: † et patres nostri narra-vérunt **nobis**, \* non occultábimus a filiis *eórum*. Ant. María.

4 *Generatió*ni álteri narrántes laudes Dómini et virtútes **eius**: \* et mirabília *eius quæ* **fecit**. Ant. María.

5 *Vérum*tamen mandávit núbibus **désuper**: \* et iánuas *cæli* **apér**uit. Ant. María.

6 *Et pluit* illis manna ad manducándum: \* et panem *cæli* **dedit** eis. Ant. María.

7 *Panem* Angelórum manducávit **homo**, \* cibária misit eis ad **abundánt**iam. Ant. María.

8 *Et manducavérunt*, et saturáti sunt **nimis**, \* et desidérium *eórum* áttulit eis. Ant. María.

9 *Páscere* Iacob pópulum **suum**, \* et Israel, hereditátem **suam**. Ant. María.

10 *Et pavit* eos in innocéntia cordis **sui**, \* et in prudéntia mánuum suárum **dedúxit** eos. Ant. María.